



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

121. Fer. 3. Pascha continuandum in vulneribus Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

vix cognoverunt eum, & ipse continuo evanuit ab oculis eorum. Nimirum in cœlis tantummodo verum erit illud: *Tenui eum, nec dimittam.*

Conf. 3. Si mihi nec DEO in hac vita frui datur, quomodo me satiare poterunt creaturæ: percalcatis ergo illis, semper ad ea ferar, quæ, postquam contigerint, præterite non poterunt. O quando aderit ille dies, quo non per transennâ, & peregrè tenebo Iesum meum, nec dimittam! O amare, ô ire, ô perire, ô ad Deum pervenire! Exclamat D. Aug. Serm. 17. de Verb. Dom. Interea cum, ut ait Theophylactus, magnam & ineffabilem vim habeat Domini caro, eamque sumentibus aperiantur oculi, ad SS. Sacram. me applicabo,

MEDITATIO CXXI.

Feria 3. Pasche.

Pascha continuandum in vulneribus Christi.

Videbo Dominum pro agno piscem, & pro lactucis agrestibus favum mellis paschaliter comedentem. Petam fieri hujus mensæ particeps.

Conf. 1. Quòd legale Pascha cum amaritudine edebatur, ut ait D. Greg. Nisi post Resurrectionem verò cibus favo mellis dulcoratur. Comedit Dominus potestate, non necessitate,

cessitate, non ut terra sitiens sorbet a quas, sed ut sol calens: instruendo nos quomodo pascha nostrum immolatus Christus dulci meditatione edi debeat, quæ est vas vini boni, locus pascuæ, ubi collocari petam.

Conf. 2 Si Pascha est transitus, mihi quidem triplex restat, quem exopto. 1. Ab amore creaturarum omniû ad amorem solius Domini, ac Creatoris. 2. A vita hac mortali ad alteram immortalem. 3. Ad iudicium, & à iudicio ad terminum in eo mihi iudicatum. Sit mihi hic Dominus meus Rex, Moses, & Ductor. Si mihi Dominus adiutor fuerit, non timebo mala.

Conf. 3. Præter communem, quâ corpus reficitur, quatuor mensas memorię reponendas. 1. Mensam damnatorum, quæ refrigerabit ardorem concupiscentiæ, & resolvet frigus acediæ. 2. Mensam Beatorum, quæ famem, quam patimur, non corporis, sed amoris reficiet. 3. Mensam purgantium animarum. 4. Mensam Eucharisticam aduersus eos, qui tribulant me.

MEDITATIO CXXII.

Feria 4. Paschæ.

De septima apparitione.

Videbo Dominum ad mare septem Discipulis apparentem, & ex piscium captura
agin-